

Balthasar Raith Johann Christoph Baumann


Golah sod ve-yesod ha-abalah H. E. Revelator Mysterii Et Fundamenti Cabbalae

Tubingae: Werlin, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn78806701X>

Druck Freier  Zugang





75.



Fa - 1092 (75)

75

1. S.
2. -
3. -
4. -
5. -
6. -
7. -
8. -
9. -
10. -
11. -
12. -
13. -
14. -
15. -
16. -
17. -
18. -
19. -
20. -
21. -
22. -
23. -

Tomus hoc. **XXVIII** continentur:

1. Seb. Schmidii Commentarius in 1 Ep. Iohannis §. 1688.
2. —. Anal. et Paraph. Epistolae Iacobi Argent. 1685.
3. —. De Fide mosaica circa Myst. S. Trinit. 1654.
4. —. De Delezione e libro Vita. 1655.
5. —. De Inramentic. ad Matt. V. et. XIII, eb. Argent. 1663.
6. —. Inuectivum Chnshi in Pharisaeos Extu Matt. xps. 1661.
7. —. De Didrachmis à Chnsto solutis. 1663.
8. —. Fides miraculosa. 1680.
9. —. De Ficu à Chnsto arefacta. 1662.
10. —. De merito. 1663.
11. —. ad locum Jo. VIII, 25. 1661.
12. —. ad locum Jo. VIII, 47. 1661.
13. —. Resolutio brevis Cap. IX ad Rom. 1658.
14. —. De Primitiv. Resurrectionis Chnsto. 1666.
15. —. De Baptismo Super Mortuos. 1656.
16. —. De Angelis in genere. 1662.
17. —. De Peccato Originis. 1657.
18. —. De libero Hom. Arbitrio in Spiritualibg. 1658.
19. —. De libero Hom. Arbitrio in non Spiritualibg. 1657.
20. —. Thesis τρεῖς ἀποδείξεις. 1661.
21. —. De Imputatione in opere Iustificat. 1656.
22. —. De Phrasi Indurare. et excecicare. 1655.
23. —. De Ecclesiae Catholismo. 1657.

24. Sebast. Schmidig de Duaby circa Saagam. Circumcis.
Propositionibg. 1654.
25. —. De Statu Beatorum in Vita eterna 1675.
26. —. De Obligatione Form. Concordia. 1680.
27. —. Tractatg Talmud. Sebachim. cūstmot. 1662.
28. Jo. Frisimut De Circumcisione Zypora. 1663.
29. —. De Eli Uli Lamah Sabar tani. 1663.
30. —. An Christus Annū Paschalem eodem cum Ind. tem.
pore ederit. 1674.
31. Balthasar Raithig de Cabala. ^{Tulay.} 1662.
32. Guilielmus Bayer de Præda Robusto erepta Inaelyp.
33. Jo. Feikti Expositio Oraculi Yariani LIII. Sept. 1662.
34. Balth. Scheid de Protevangelio. Augt. 1650.
35. —. Jonac Propheta expositus — 1665.
36. —. Kikajon Jonæ. 1653.
37. —. ad caput ultimum Ultimi Prophete. 1664.
38. Lud. Hennig Munsteri Animalia esu vetita.
Gene. 1687.
39. Zentgraff prodr. de eo quod Deum dicit Ag. 1677.
40. Georgi Calixti Expositio literalis Epiphesior.

Pro M. Jo. Philippo Storrio
1696. Heilbr.

גולה סוד ויסוד הקבלה :
H. E.

REVELATOR MYSTERII
ET FUNDAMENTI
C A B B A L Æ,

Quem

שם

EXERCITII ERGO
Præsidente

VIRO MAGNIFICO, perquam Reverendo,
atq; Præcellentissimo Domino

BALTHASARO RAITHIO
SS. Theolog. Doct. ejusdemque, & Orient.
Linguar. in Inclytâ Tubing. Universitate Professore Publ.,
p. t. RECTORE, &c. Dn. Præcept., Faut. & Hospite
suo longè honoratissimo, colen-
dissimo,

Ad Examinandum proponit

JOHANNES CHRISTOPHORUS BAUMANNUS,
Cünzels. Francus, SS. Theolog. & Sacrat.
Philol. Studiosus.

IN AUDITORIO HEBRÆO,

Ad M. April. die
Hor. antemerid.

TUBINGÆ,

Typis describebat Theodoricus Werlin,

Anno 662.

245
302

32

33

34

35

36

9.

4

I

VIRIS

Plurimum REVERENDIS, multijugâ

Eruditione, Autoritate, multoq; rerum usu

CLARISSIMIS,

DN. JOHANN-JACOBO WOLFFIO,

Ecclesiæ Neostadianæ Pastori, Illustrissimo PRINCIPIS
Württemberg. à Confessionibus & Consiliis Sacris,
nec non Dioeceseos ejusdem Decano Dignissimo.

DN. M. JACOBO MULLERO, in Illustri

Comitatu Hoënloico apud Neolithanos Ecclesiastæ
Aulico, Ecclesiarumq; Inclyti Comitatus Superin-
tendenti Gravissimo.

DN. M. WOLFFGANGO HEINRICO

PRIESTERO, in Brandenb. Oppido

Seüchtwangen Reverendi Capituli Decano, & Eccle-
siæ Cathedralis ibidem Concionatori meritissimo.

DN. M. JOHANNI PFITZIO, Ecclesiæ

Bretacensis Pastori Fidelissimo, nec non Dioeceseos
Neostadianæ Seniori Spectatissimo.

*Dominis Patronis, Patrum instar demerendis,
atq; suspiciendis,*

Exercitium hoc Academicum

Observantiæ ergò ex more

D. D. D.

Johann-Christophorus Baumann
SS. Theolog. & Sacrat. Philo-
log. Studiosus,

Auth. & Resp.

3.
Delineatio Disputationis
De
CABBALA.

In	1. Etymologia, à radice	Ⲛⲓⲫ, &c.	
Thesi Ima, descri bitur quid sit, & in se quēt.	2. Synonymia, ubi varia accept. & sumitur vel		1. Pro <i>repto iudeas</i> , &c. 2. Pro <i>Lege non scripta</i> , &c. 3. Pro <i>Scriptis Talmudicis</i> , &c. 4. notat <i>Legis arcana</i> , &c. 5. Pro <i>Magia</i> , &c. 6. pro <i>doctrina à Maioribus accepta</i> , de hâc ultimâ in presenti.
Thesi evol vun tur,	3. Cau sa, & qua	1. Efficiens, ubi de Kabbala agetur	1. Origine & Authoribus. 2. Progressu.
		2. Materialis, sunt	1. Alphabetici { 1. Ordinarij, litera, vel 2. Extra ordinarij. 2. Puncta & Apices. 3. Integre Voces.
	3. Forma lis, sunt varia spe cies, & di viditur Kabbala variè, à nobis verò principa liter,	1. In Arti ficia lem, qua est qua dru plex, 2. In Inartificia lem, estq; duplex,	1. Gematria, qua duplex, { 1. Arithmetica. 2. Architectonica. 2. Notari con, qua { 1. sic per apharesin & apocopi 2. hic modo contrario. 3. Themurah, { 1. per vocum resolutionem qua tribus mo { 2. per metathesin literarū. dis fit, vel 3. Literarum combinat. 4. Zuriith, qua { 1. Allusiones figurarum. versatur, circa { 2. arcan. alphab. charact. Ante diluv. & Mose prior, &c. Post diluv. & tempore Moysi, &c.
	4. Finalis, ium quo ad	1. Iudaos, qui reli gionis mysteria quasi verunt. 2. Christianos, qui eâ ad convincendos Iudaos utuntur.	1. In Defectu. 2. Ex cessu, 3. Rosa crucis fratribus.
			A 2 Cum

32

33


34

35

36

37

38



כ"ט

מוכ"ה



UM à Charissimo PARENTE nuper mandatum
 esset, Specimen aliquod in lucem producere He-
 braum: Diu hæsitavi quamnam seligerem mate-
 riam: Tandem præ aliis Critico-Rabbinicis allu-
 bescere cepit de CABBALA, abstrusa illa doctri-
 na, non supparasitandi gratia Iudæis, quasdam
 conscribere positiones. Tum propter rei raritatem, cum pleris-
 que quid CABBALA sit minimè constet. Tum propter magnam
 in conversione Iudæorum & conversatione utilitatem, cum
 per hoc quasi medium quam plurimos eosque clarissimos Rab-
 binos conversos esse, exempla probent luculenter. Confido
 proinde nulli contemptui hæc nostra fore obnoxia. Verum ob-
 jici posset, esse onus impar humeris meis, adeoque aliis, iisque
 quibus ob rerum usum & genii faventioris ductum feliciter
 fuit relinquendum. Fateor, rem diligentioris & accuratio-
 ris Viri, non juvenis, iudicium atque ingenium postulare. Quem-
 admodum autem proverbii loco inter Hebræos obtinet illud:

מורו למצוה כעשה מצוה:

Unde Latinorum:

Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas,

Hoc & mihi usurpare licebit. Quare, Benevole Lector, si quid
 minus palato arridebit, & ומספר שנים מנע את-חכמה:
 numerum annorum vetare sapientiam, recordare. Caterum
 prius quam rem adimus, ad DEVM convertimus corda & sup-
 plices oramus auxilium, sine quo in ventum laboraremus:

קומה אלהים עזרתה

לי וענה בצרתה:

לבהר שברי ומבטחי

אתה נסי ומנוסי:

The-

THESIS PRIMA.

UT ex ungue leonem cognoscamus, prius aliqualem proponimus definitionem; quod nimirum CABALA sit ABSTRUSA HEBRÆORUM doctrina profundissima rebus divinis, humanis & celestibus, religionisque, præprimis indagans mysteria, olim clam habita, nec cuius concredita, multo minus in lucem producta, sed orali saltem traditione inter sapientes propagata, varijs literarum combinationibus abbreviaturis & permutationibus ex S. Scriptura elicitæ constans; Hodieque à Iudæastris in abusum, partim ad Medicinam, partim ad inanes nugæ & vana mysteria; incantationes & magiam turpiter deducta. Clariss. Schikh. Bechinat. pag. 60.

II. In hac verò descriptione primas sibi vindicat vocis præcognitio, quæ duobus delibanda venit modis: tum ἐτυμολογίας evolutione, tum ἑρμηνείας explicatione.

III. Erymi ratio petita est à rad. & quidem Chald. קָבַל quod significat accipere, recipere, suscipere, & respondet Hebr. לָקַח & נָשָׂא in eod. significatu. Verum hæc rad. apud Hebræos etiam est usitata, licet in קָבַל tantum, & eandem significationem retinet, ut vid. est Esther. 4. v. 4. 1. Paral. 21. v. 11. Apud Rabbinos significat quoq; accipere ædes & alia pro mercede conducere, ut habet Buxt. in Lex. Talm. p. 1953. Ex hac autem radice fluit 1. מַקְבָּל discipulus, accipiens scil. doctrinam à docente. 2. מַקְבָּל Cabalæ peritus, edoctus per Cabalam, Cabalicus, Cabalista, unde illud לֹא נָבִיא וְלֹא בֵן נָבִיא Non sum propheta, nec filius prophetæ, sed per Cabalam accepi. 3. vocabulum קַבְלָה acceptio, sive doctrina à majoribus tradita & accepta. Vid. Buxt. Lex. Talm. p. 1954. Ridiculi igitur qui nomen hoc appellativum, Cabbalam puta, in proprium transformarunt; quidam enim interrogatus quid esset Cabbala? Resp. fuisse perfidum

dum quendam hominem & Diabolicum, qui dictus est Cabala, & hunc multum contra Christum scriptitasse, uti Reüchl. refert. *Alium* cominus ad rei veritatem accessurum voluisse, Cabalam vetulam fuisse, veneficiis deditam. Sed remittimus hæc & reliqua ad tonstrinam, balnea, & ubi colus tractatur.

IV. Etymologias evolutioni succedit *Synonymia*, & sumitur 1. pro $\tau\epsilon\lambda\epsilon\omega\ \mu\alpha\gamma\iota\epsilon\iota\alpha\varsigma$, quo DEVS in Vet. Test. à mundi primordiis ad legislationem usque fuit usus. 2. Pro lege $\alpha\gamma\epsilon\iota\phi\omega$ Moysi in monte ad explicationem $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\delta\omega\varsigma$ à DEO traditâ, & à R. Iehuda (quem per excellentiam ab insigni ejus pietate Talmudici יהודה הקדוש R. Iehudam Sanctum vocitarunt) in unum Systema quod משנה appellatur compilatâ. 3. *Pro scriptis prophetis*, utpote quæ ferè omnia sunt mysteria, & alium sensum, juxta Iudæos, quam literalem admittunt. 4. *Pro legis arcanis*; 5. *Pro Medicina Magica*, quæ parum aut nihil distat à Necromantia. 6. De quâ nunc in præsentî, sumitur *pro Doctrina à maioribus accepta*, & oretenus aliis tradita mystice & ænigmatice proposita de rebus divinis, Theologicis & Metaphysicis, miris symbolis & arcanis docendi modis involuta. Quam Ioh. Picus Mirand. Reüchl. Archang. de Burgo Italus aliiqûe ex parte revelare aggressi sunt. Hujus auctoritatem & excellentiam R. D. Kimchi his extollit verbis: כרברי קבלה כרברי תורה דמו verba Cabalæ æquiparantur verbis legis. Alii alia encomia suppeditant. Vid. Cl. Hottingerus, Thef. Philol.

V. Cum verò quævis definitio ex genere & differentia constet, idèd *Generis loco* verba adsunt ABSTRUSA HEBRÆORUM DOCTRINA: *Differentia vices* reliqua definitionis verba constituunt. Ea igitur *per causas* tam externas, quàm internas לפי עניות רעתנו *pro ingenii modulo* quantumque virium mearum tenuitati conceditur, examini subijciam & explicabo.

VI. Primitus ab EFFICIENTE, seu causâ primaria, & ab autoribus initium desumam, ubi varia variorum se offerunt sententiæ, potius dixissem fabellæ. Originem enim ALII *aliter sèntè* deducunt & dicunt, angelum esse missum in Paradisum ad

ad Adamum lapsum, & dixisse: *Ne supra modum conficiaris gemitu peccatum hoc originale expiabitur, nam ex tua propagatione nascetur vir pacificus, cuius nomen continebit has literas* אלהים אלהים אלהים & ille erit omnium sperantium salus. ALII Abrahamum ab Angelo Zadkiele, didicisse, Isaacum à Raphaële, Iacobum à Peleiele, horumque Patriarchatum præceptores fuisse, perhibent. ALII aliter somniant; quos merito nunc silentio præterimus. Verum communiter Moses, qui à Iudæis unanimiter ipse parens Prophetarum fuisse creditur, primus statuit: qui præter legem scriptam aliam *אֲרָאָהוּ* ejusque explicationem senioribus vivâ voce tradiderit, memoriæ tamen causâ occulta quædam symbola, in agro pentateuchi hinc inde diffeminavit. QUIDAM sentiunt, Mosén non frustra tot diebus in monte Sinai commoratum fuisse, potuisse Decalogum vel una horula accipere: at fuisse per quadraginta dies in sublimioribus mysteriis addiscendis detentum, quorum dein obscura tantum vestigia libris suis impresserit. Videfis Rabb. D. Myll. p. 51.

VII. Post autorem dicendum de successione ejusque propagatione. Inter ipsos fuisse plerique prophetarum, dicuntur nominatim *Jeremias*, quem insigniter hujus artis peritum extitisse credunt, sed reliquis palmam præripuisse, fertur, *Esdra*, & quicquid de Cabbala tenuerit id omne in literas retulisse atque 70. voluminibus comprehendisse, quæ Pic. Mirand. sibi non mediocri impensa, quod creditu facillè, comparaverit: (utem 7000. ducatos in Bibliothecam impendisse, M. Schik. in Bech. p. 95.) Decipiuntur ergo & ipsi Iht, qui antiquitus de *Cabala* plane nihil in literas redactum fuisse, sed omnia memoriæ solum concredita tradunt, aliquid, sed modicum & obscurum, nec cuivis intellectui pervium & notum de ea scriptum. Sed nolumus diutius his immorari aliò ergo carbasâ nostra flectamus, *materiamque Cabala* intueamur.

VIII. MATERIA ex qua constat, sunt *litera, apices & voces integra*. LITERÆ SUNT VEL *Alphabeti ordinarij*, ubi prima litera N secunda D &c. quem ordinem antiquum esse demonstrant exempla, Psal. 25. qui alphabetice est conscriptus. Item Psal. 34. 37. 111. 112. 145. 119. unde de ultimo hoc scribit R.

32

33

3

7

3

9

4

R. Dav. Kimchi דוד וחברו מאד נכבד הורה המזמור הורה נכבד מאד וחברו דוד
: המזמור הורה נכבד מאד וחברו דוד על שמונה אלה ביה
: h. e. Psalmus hic valde venerabilis
est, quippe quem David composuit adhibito octuplici alpha-
beto. His adde Ier. Thren. & cap. 31. Prov. VEL *Alphabeti
Extraordinarij*, quod ordine plane retrogrado & inverso con-
scriptum est, cujus exempla in seq. proponemus & fusius tra-
ctabimus.

IX. Porro attendunt Cabalistsæ ad *literarum figuram & quantitatem*. Cum enim literas quantitate, ut latini, non va-
rient, certasque finales & medias habeant, inquisivere in ma-
juscularum, minuscularum, suspensarum, inversarum, clau-
surarum causas mysticas: de quibus omnibus in specie Theſ.
seqq. agetur.

X. Haftenus de literis ad *apices* devenimus, ad quos
subinde provocant. Exempla passim occurrunt in Baal Hat-
turim: ita Gen. 18. v. 7. offendimus in exemplaribus emenda-
tis, ואל הבקר קצו hinc notant: tres apices habere lite-
ram Kaph ut innuat tres fuisse, qui apparuere & quod eo no-
mine dignus factus sit, ut (P 100.) centenarij nasceretur fi-
lius. Vid. pl. Clar. Hacksp. in Miscell. p. 304. seqq.

XI. Succedit nunc *vocum integrarum* peculiaris *confi-
deratio* in arte Cabalica, quoad numerationem, divisionem,
scriptionem, & transmutationem; verum cum nunc nume-
rosi verbis rem persequi אין צריך non sit necesse, atius
ad formalem causam pertineant, reservabimus, &
per transennam vidisse sufficiat.

XII. Pergimus & quod ratio ordinis postulat Fo-
accidimus: Ubi præcipui *considerandi sunt* MODI, DIVISIONES
& SPECIES.

XIII. *Quidam dispeſcunt* in SPECULATIVAM & PRACTI-
CAM. Illamque esse licitam & piam: hanc verò falsam & impi-
am, quid? quod profus Magicam, & plane pleneque damna-
bilem, utpote quæ cum verbi DEI horrenda profanatione est
conjuncta. Fuitque hæc à longo tempore inter Iudæos rece-
ptissima, etsi negent, quicquam se hodiernum cum hæc habe-
re commercii, convincuntur tamen cum ex libris haud it

editis, tum ex praxi. D. Myll. in Rabb. p. 1453. testatur pro-
ram & puppim quosdam in hac collocare Medicastris Iudæo-
rum, & p. 55. duorum meminit, quorum alter hujus benefi-
cio extinxerit incendium, alter febrim curavit.

XIV. *Aly* distinguunt inter Cabalam *שמות* ו*ספירות*
numerorum, & *nominum*. *Aly* quinque eius partes faciunt
: *חשבון* וממליו ו*ממליו* וממליו וממליו וממליו, i. e. *relectio*, &
& *combinatio*, & *oratio*, & *sententia*, & *supputatio*. Verum cum
nulla genio nostro arrideat, *dividemus* in ARTIFICIALEM &
INARTIFICIALEM, secuti Cl. Schikh. in Bech.

XV. ARTIFICIALIS ea est, quæ multis subtilitatibus est
involuta; & licet vulgo tres tantum species principales hu-
jus enumerentur ab aliis, videlicet *גמטריא* ו*נוטריכון*,
omnino tamen & quartam צורית merito adjungi-
mus, de quibus nunc singulatim & ordine.

XVI. PRIMA CABALÆ ARTIFICIALIS Species est, & vo-
catur גמטריא quæ ratione *Etymologia* nomen accepisse vide-
tur à Græca voce *γεωμετρία*, quoniam literas vel textus scri-
pturæ mathematicæ quasi dimetiatur & exinde abstrusa quæ-
dam mysteria eliciat. Cum autem Mathesis tum circa *quan-*
titatem discretam seu numerum, tum *continuum* seu dimensio-
nem versetur, ideo duo quoque potiores sunt modi, quorum prior
& usitator potius *arithmeticus* est, & ita in hanc literaturam
invectus, quia apud Hebræos totum Alphabetum numerale
est, quando itaque in collatione duarum aut plurium vocum
idem prodit numerus, tunc mystice una explicatur per alte-
ram. Sic ex בראשית idem literarum numerus colligitur,
qui est in יצר תורה in lege formavit: quasi nimirum causa
mundi lex sit. Ita quia Scriptura inchoat à litera כ. indicari di-
cunt, duplicem esse legem, scriptam & oralem. Ita apud Poëtas
Latinorum (ubi tamen hæc 7. literæ saltem numerales sunt
MDC LXVI) annus à nativitate Christi in Chronodistichis
includitur: & è vocula JUDICIUM non nemo finem mundi
ad annum 1613, ingenioso quidem, sed temerario irritoque
conatu præsagire minimè veritus est.

XVII. *Alter modus Geomatrix minus vulgo notus propter raram inter Iudæos Matheseos cognitionem præcipue est architectonicus & occupatus in dimensionibus ædificiorum, tabernaculi, Arce Noæ, altaris, Templi Salomonæ, &c. quia enim nihil in Scriptura quod non profundam redeat sapientiam, juxta illud: אֵין בתורה אפילו אורה אחת שאין ברה: Non est in tota lege vel unica litera à qua non magni montes pendeant: igitur in ædificiorum quoque descriptione aliquid mystici latere autumant illi, qui Christiano more cabalizingant E. gr. Genes. 6. v. 15. Arca Noæ 300. cubitos longa, 50. lata & 30. alta fuisse legitur: Hic longitudinem per latitudinem dividunt & prodeunt 10. quæ respondent literæ י Iod: Deinde adjungit ipsam longitudinem cui congruit litera ו Vav. Tandem eam dividit per latitudinem & emergunt 6. quæ notantur literâ ו Vav, & ita in additione emergit nomen ישו Iesu. Sed quid hæc tam curiose cognoscere nostra refert? Transimus itaque ad alteram Cabalæ artificialis speciem.*

XVIII. *SECUNDA Cabala artificialis species vocatur נוטריקון Notaricon, quando ex singulis vocis alicujus significativæ literis totidem formantur voces alia.*

XIX. *Ratione Etymologias vero videtur originem ducere à notando, unde Notarius, cujus vocis usus est apud Rabbinos pervulgatus, & scribas vocant נוטריקון Notarios, unde venit נוטריקון quod idem valet ac ספרות Germanicè קאנצלרייך Canzleyisch. Sic enim est mos Scribarum, ut duas vel tres literas, quarum una quæque vocem constituit, scribant. Ex quibus nunc ratio hujus nominis liquet.*

XX. *Modi huius potissimum sunt duo. Prior est, quando extrema vocum literæ per Aphæresin vel Apocopen in unum collectæ nomen aliquod repræsentant & sentum. Et hoc fit iterum dupliciter VEL per ראשי תיבות capita dictionum, sive literas initiales: VEL סופי תיבות fines dictionum sive literas finales, quæ omnes cum segolta ., superius in summitate notari solent.*

21. Quod

XXI. *Quod ad primum modum Rasche Theboth*, videtur ille modus valde antiquus, & originem ducere vel comprobari ab illis Scripturæ locis, quorum versus Alphabetica serie sunt dispositi, quales habentur Psal. Thef. 8. citatis. Responder quoque illi carminum generi quod *אָנְגֶּוֹסֶס* vocatur: & verisimile est vetustissimos Poetas ut multa alia ita & hunc ingeniosum ab Ebrais didicisse, quem germani in hoc sacro Alphabeto imitantur: Allein Bey Christo Die Ewig Freud Gewiß Hab Ich: Komt Leyden Mir Nicht Ohne Peinliche Qual/ Richtig Stets Traw/ Vnd Warte Xristi Yeder Zeit. Sed ad Exempla Hebraæ adimus, & Genes. 49. v. 10. habetur: וְיָוֵן וְיִשָּׁכָן וְיִשְׁבָּן וְיִשְׁכָּן וְיִשְׁכָּן וְיִשְׁכָּן Schilo & ei, &c. Et Psal. 72. v. 17. וְיִתְכַרְכוּ וְיִתְכַרְכוּ וְיִתְכַרְכוּ soboleſcet nomen ejus & benedicentur, &c. quod utrumque nomen Iesu continet. Idque pertinacissimos quosdam Apellas partim ad stuporem, partim ad fidem nostram convertit. Huc pertinet factitium illud nomen DEI AGLA אגלא quod ex integris vocibus constat per *Rasche Theboth* ita resolvendum: אֶרְנָי אֶרְנָי אֶרְנָי Tu fortis es in æternum Domine: Quod simul Trinitatis in unitate mysterium continere dicitur, quum & unitatis & verò ternarii nota sit: residua duæ literæ אג per metathesin אגא potentem DEUM significant. Et hæc hæctenus.

XXII. Aggredimur modum alterum *Sophe Theboth*, qui est, quando dictiones aliter atque aliter in fine cadentes in unum collectæ novam quandam vocem significativam producunt, mystice aliquid indicatur. Qui modus æque notus & frequens ac præcedens, nec impeditur diversa literarum מנצפך sub finem pictura, nec differentia inter ו & ו curatur, hoc enim modo ו clausum in apertum transit, ut dictionem ingrediatur, eadem & ratio de reliquis. Sic ex quaestione Hebræorum à Mose proposita, (& dicent mihi quodnam nomen ejus, quid dicam eis, Exod. 3. v. 13.) Ex ultimis quarundam vocum literis responſionem Cabalisticæ quarunt, quod nomen ejus sit J E H O V A : voces ex sunt sequentes, מִה שְׁמוֹ מִה שְׁמוֹ לִי ex literis finalibus per *Sophe Theboth* resultat יְהוָה J E H O V A. Sic Deuteron. 30. v. 12. מִן יַעֲלֶה לָנוּ חֵטֵם

B 2

32

33

3

7

3

9

4

הַשְׂמִימָה quis faciet nos ascendere in cœlum, ex initialibus harum vocum literis fit מִי־לֶחֶם circumcisio, & ex finalibus יהוה hinc dicunt: Responso continetur in ipsa interrogatione, nempe Dominus nos faciet ascendere per circumcisionem. En utriusque modi exemplum.

XXIII. ALTER *modus* specialis *priori* plane *contrarius*, ubi non dictio literam, sed contra litera integram dictionem, quarum illæ literæ sunt initiales. Dicitur & *Rasche Theorb.* Hoc modo vocabulum בְּרֵאשִׁית pro numero literarum explicatur per sex alias ab iisdem consonantibus inchoatas ut : ים תְּהוֹמוֹת : ארץ רָקִיעַ בְּרָא רָקִיעַ ארץ שָׁמַיִם ים תְּהוֹמוֹת : firmamentum, terram, cœlum, mare, abyssos. Item per hos : בְּרֵאשׁוֹנָה רָאָה אֱלֹהִים שִׁקְבְּלוּ יִשְׂרָאֵל תּוֹרָה ab initio prævicit DEVS quod suscepturi sint Israelitæ legem. Sed lubet adhuc unicum saltem memoratu dignissimum adducere de quodam converso Iudæo, Christiano Pauli, qui illud Gen. 49. v. 10 & ad ipsum erit יְקָהָת aggregatio populorum per 4. populorum nomina explicavit: Juden / Christen / Heyden / Türken. Sic apud Latinos similia reperim⁹ S. P. Q. R. quæ literæ Senatū Populū Quē Romanū significant, sed quidam per jocum de *Papa* per interrogationem reddiderunt: SANCTE PATER QUID RIDES? & per retrogradam responso-nem: RIDEO QUOD PAPA SUM. Plura qui volet adeat. Clar. Schikh. Bech. p. 70; Hackspan. Miscell. Thef. Philol. Classii, tract. Hornbek, pro convert. Iud. p. 89. & alios.

XXIV. Sequitur TERTIA *Cabala artificialis species*, quæ dicitur תְּמֹרָה, quæ non è multis vocibus unam, nec ex una multas facit, ut præcedentes, sed textus literas tot numero servat, easque vel manente ordine aliter componit, vel mutato ordine transponit, vel per certam Alphabeti extraordinariæ combinationem aliter permutat.

XXV. Ex hac descriptione liquet tres potissimos inde exurgere *modos*, & *primus* fit per literarum seriem in textu servatam, sed in alias dictiones significativas resolutionem: perinde ac si apud Latinos ex conjuncto nomine Magister fieret disjunctum Magis-ter, Ita quoque Hebræi ludunt, v. gr.

vocem בראשית continuam dispescunt in duas has alias, שית ברא שית creavit fundamentum: Potest equidem dissociatio talis concedi aliquo modo, quamdiu fidei nostræ analoga profert, at ubi nova dogmata nobis fingere & Iudaismum obtrudere audeat, ad suos autores remittenda.

XXVI. *Secundus huius speciei modus אודיות literarius* dicitur, qui fit per simplicem literarum metathesin, & coagulationem, ita ut nova dictio exinde pullulet significativa, quæ primæ explicatio esse putatur. Sic rursus vox בראשית exprimitur בראשית i. e. prima dies mensis Tisri qui nostro Septembri respondet scil. mundus creatus esse dicitur. Sic radices quoque mutantur, quæ iisdem constant literis, quamvis aliter dispositis e. gr. Ps. 21. v. 2. Domine in virtute tua ישמח latabitur rex; Vbi Cabalists de Messia sermonem esse ajunt, & per Cabalam literas transponunt, tunc promanat משיח Messias. Videntur & hunc lusum Poëtæ iiq̄ue vetustissimi ab Hebræis mutuasse, huncce lusum; ita à Lycophonte factum est anagramma, quî nomen Regis ἠγαμέμνων vertit in ἀπό μέλιτος. A Græcis verò Latini, quorum lingua anagrammatis morum ferax, sic enim Roma fit amor, Mora, Maro, sic Augustus fit Gustavus, sic Livius fit Iulius, & sexcenta alia.

XXVII. *Postremum modum quod concernit, qui à plerisque צירוף Combinatio* appellatur, is est, quando una Alphabeti litera pro altera sumitur, manente consonantium quantitate, mutatur sola qualitas. In hunc usum finxerunt viginti & duas combinationes, quas omnes recensere brevitatis ergo supersedemus, & tres easque usitatiores ob oculos demonstramus, denominatione petita à varia literarum combinatione.

XXVIII. *Primum Alphabetum dictum א"ת-ב"ש ATH-BASCH*, ubi literæ sic combinantur:

א|ב|ג|ד|ה|ו|ז|ח|ט|י|כ|ל|מ|נ|ס|ע|פ|צ|ק|ר|ש|ת|
ת|ש|ר|ק|צ|פ|ו|ע|ס|נ|מ|ל|כ|ו|י|ט|ח|ז|ו|ה|ו|ר|ג|ז|ב|א|

Hujus exemplum habetur Ier. 25. v. 26. quî insignis Cabalista fuisse perhibetur, ubi legitur ומלך ששך ושתה אחריהם
Et Rex Sefach bibet post eos, Sed quaeritur quis sit ille Sefach?
Re-

Respondent Cabalists per commutationem *Abbasch* idem esse quod כבבל Rex Babel. Nam ו cum כ & כ cum ה permutatur; & hoc ex consilio Prophetæ factum, eaque usum fuisse occulte, putant, ne Regem Babylonix offenderet. Vnde & *Cald.* transtulit ומלכא רבכל Et Rex Babylonix. Plura vid. Bech, Buxt. in *Abbr.* p. 41. *Phil. Sacr. Glas.* p. m. 401. *Hackspan.* Misc. p. 291.

XXIX. *Alterum* vocatur אל-בם ALBAM qua una litera sumitur pro altera, & quidem נ pro ה, ב, pro מ & sic in cæteris. Quarum integra constitutio hæc est:

א ב ו ג ד ה ו ז ח ט י י ו כ
ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

Sic *Esaï.* 7. v. 6. cujusdam טבאל fit mentio ubi Cabalists interpretati per אלמל commutatis literis per *Albam*. Hic autem fuit filius Remaliahu. Hoc quoque scribendi genus emanavit ad gentes, nam apud *Suetonium* legitur, *Iulium Cæsarem*, si quid occultius scribendum fuerat, hoc modo literas commutasse:

D|E|F|G|H|I|K|L|M|N|O|P|Q|R|S|T|V|X|Y|Z|A|B|C
a|b|c|d|e|f|g|h|i|k|l|m|n|o|p|q|r|s|t|u|x|y|z

v.g. XDOZYHP SOZVMPDP. Salutem plurimam.

Qui ingeniosus quidem, sed facillimus imitatu est lusus.

XXX. *Tertium* nuncupatur אטבח ATBACH quod rariuscule occurrit, & literas ita in tres ordines dividit, quorum *primus* denarium, *alter* centenarium, *tertius* millenarium constituat ex duabus conflatum literis, hoc modo:

10	10	10	10
17	גו	בח	ט
100	100	100	100
17	פכ	לע	סמ
1000	1000	1000	1000
17	ק	ר	שך
17	ק	ר	שך

De

De hoc aliquod monendum, quod quidem omnes literæ Alphabeti adsint præter ו/ו/ו cum quibus nulla alia litera potest combinari, ut superior numerus aliquis exprimatur; bene quidem in se geminata faciunt, ut duo ו valeant 10. duo ו 100. duo ו 1000. at sic nulla ipsarum fit permutatio. Sed sumitur ו pro ו &c. quod esset absurdum. Exempla habentur in Baal Hatturim. Cit. Cl. Hacksp. in Miscell. p. 297.

XXXI. ABSOLUTIS & leviter tractatis *his tribus speciebus* sequitur nunc QUARTA, eaque *ultima*, quam vulgo צוריות *figurativam* appellant: Cujus iterum *duo sunt modi* potiores, de quibus quam paucissimis.

XXXII. *Prior est*, qui *circa figurarum allusiones* versatur, illius officium est causam dicere cur aliqua litera cæteris majores alia minores, cur Nun inversum Ayn suspensum sit, & quæ sunt alia. Item cur in libro Esai. 7. v. 10. vox העלם cum Mem clauso in medio præter morem scriptum sit? Sed quia hæc potius Masoræ officium, & à Clar. Buxt. prolixè tractantur in Clavi Masor. proinde rationes qui volet, adeat illum.

XXXIII. *Posterior modus* continet varios atque arcanos Alphabeti Sacri characteres, quibus occultant, si aliquod mysterium è Cabala quoad Christianos didicerunt, ne scilicet rudiores & plebeios offendant, aut defectionis & Apostasiæ causam præbeant, si publice omnes resciscerent. Talia sunt quam plurima, sed pleraque ab ipsismet effecta, unde non prolixè extant, nec facilè à Iudæo semidocto intelliguntur, multo minus nobis quicquam de eis constat.

XXXIV. *Hæc de artificiali*, nunc INARTIFICIALEM paucis videbimus. Cum nullæ subtilitates, elegantia nullæ in illa lateant, ut patebit ex definitione quam proponemus.

XXXV. *Cabala INARTIFICIALIS est*, quæ plane nullis literarum subtilitatibus, vel certè non ita evidentibus nititur, sed solum ore tenus est inter homines propagata. Hæc Mosè vel antiquior est vel posterior. Ad priorem pertinet doctrina Patriarcharum ante legem scriptam orali traditione continuata. Et hæc rursus vel ante tempus diluvianum, ubi traditiones de creatione mundi, paradiso, septimo die, Lapsum Adæ, Fratricidio Cai-

Caini, &c. Vel *post diluuium* septem præcepta Filiorum Noachi, quæ videbis apud Cl. Schick. in Bech. p. 84, & Ioh. Selde- num l. de Iure Nat. Hornbek. l. all. p. 447.

XXXVI. Nunc portum appello, causam FINALEM, ubi de hujus studii scopo & fine agetur, tum quoad Iudæos veteres, qui uti jam sæpius inculcatum, principaliter religionis mysteria quæsiuerunt: Tum quoad Christianos qui Cabalam non alio fine agnoscunt, quàm ut ea contra Iudæos præfractos, harum nugarum admiratores maximos utantur. Non enim aliunde fortius possunt refutari, quam ex suis met-ipsis commentis, nostrumque argumentandi modum vilipendunt, minusque curant quàm Elephas muscam, at contra unica cabalistica ratio pluris eis æstimatur quam universus Apodicticarum demonstrationum apparatus.

XXXVII. Verum cum nullius rei genuinus sit usus quin *excessus & defectus* detur, itaque & hic. *Peccant nimirum in DEFECTU* ii, qui plane negligunt & tanquam rem ridiculam illudunt. Fatemur equidem ingenii tantum esse figmentum, nec à DEO immediatè proficisci vel in articulis fidèi quicquam nobis præscribere; Sed cum Apellæ quandoque non aliunde facilius possunt converti & ad Christum adduci, jaculemur in illos tela non quibus nos, sed ipsi vulnerabiles evadunt, modo per eam convertantur & Christum agnoscant. Id quod non paucis & nominatim Ludov. Carret Sacerdoti Iudaico, Theodoro Genuensi Italo & aliis per hoc exemplum contigisse ipsimet testantur.

XXXVIII. Quantum in defectu peccetur vidimus, properamus ad alteram classem eorum, qui in *EXCESSU peccant*, in ea ridicula Iudæorum superstitio agmen ducit & clavum tenet. Satis prolixè ea explicatur *משמשי תהלים* in usu Psalmorum Tractatu parvo, sed fere diabolico, dum scilicet toties vel toties recitentur aut pergamento mundo inscripti de collo gestentur, addito nomine angeli specialis, qui Cabalisticè ex Psalmo est exstructus & certa precula ad angelum directæ. Ex. gr. Psal. I. pergamento aut papyro mundæ inscriptus, cum nomine *אלהיך* abortum mulierum impedit. Nomen illud desumptum est *אשרי / לך אלהיך / אלהיך*

אשרי / לך אלהיך / אלהיך

Ex קרר item Psal. 2. testæ in scriptis, in mare procellosum injectus, sedat tempestatem. Vid. Buxt. in Bibl. Rabb. p. m. 415. Lutherus alicubi meminit, Iudæum quendam voluisse Albertum Ducem Saxonie docere artem contra vulnera. Ille cum miraretur cum Iudæo ruri hac de re conferens, dixit: ut certior sim in te prius experimentum capiam, & stricto gladio Iudæum ita læsit, ut neque per Schem Hamphorasch neq; per appensum קמ"י i. e. pergamenum Sacris nominibus perscriptum sanari potuerit.

XXXIX. Sed dum Iudæorum superstitiones confodio Christianos quosdam in memoriam revoco, quos haud absimilis vexat insania. Horrenda hic est & execranda PAPICOLARUM *supersticio*, quam recensere chartæ angustia vetat, videatur imprimis Alabastræ apparatus in revelationem Christi, qui totus Cabalisticus, ubi Scripturæ dicta per versè explicantur; Vbi de Papa, Maria, Christo, Lutero, & aliis, portentosa leguntur. Sunt & alii qui se Vtopico ROSEÆ CRUCIS collegio addictos fingunt. Arithmeticam, nescio quam Cabalam jactitantes, qui totius orbis reformationem & in melius restitutionem effingunt, non artium, non facultatum modo omnium, sed Ecclesiæ & imperiorum mutationes instare clamitantes, chartis suis animos hominum suspensos, nova sed vana spe lactantes. Sunt & alii, qui ut plenissimè FANATICOS sese demonstrent, Chiliastarum antiquitus damnatum errorem, ex orco revocant, & nominatim mille per Cabalam determinant annos quibus Spir. Sancti seculum, quod sibi fingunt, statuunt, sit duraturum, quo tempore omnia quæta & tranquilla sint futura, non aliter ac si paradisiacam vitam in hisce terris degendam dicere vellent.


XL. Et sic pro paupertate ingenii & ex proposito: Candoris tui est, Benevole Lector hos meos conatus licet exiguos, non Theonino rodere dente, sed quæ tuo minus arrident palato, spongia deletili eruere; DEO TRI-UNI qui vires suppeditavit, solvimus Prynnesia juxta gravissimum Hebræorum effatum: **כל הטועם ואינו מברך נקרא גורל** & non gratias agit, vocatur raptor: proinde

*Gloria sola DEO, soli Tibi Gloria Christo,
Spiritus Sancto, Gloria sola DEO.*

בִּלְאֵן:

C

ע"מ



Επιμετρεα.

I. Nomen יהוה est antiquissima usurpationis & in Patriarcharum Ecclesia fuit usitatum: usurpavit illud Noah, Gen. c. 9 v. 26. Abraham, c. 14. v. 22. Sara, c. 16. v. 2. &c.

II. Nomen יהוה nulli creatura, ne angelo quidem, ut Dominum representat, est communicabile. Roborarentur enim ita Photiniani, qui hoc maximè contendunt, nomen hoc esse inter Dei nomina *κατωχνητά* contra Sapient. 14. v. 21. ubi *ἀρετιωχνηται* *ὄνομα* appellatur. Caderent hic nostra argumenta, ad confirmandam Christi Ante-Marianam existentiam, è Veteri Testamento deprompta.

III. Iudæi in excessu peccant, dum librum propter hoc nomen ei inscriptum adorant.

IV. Licet omnino illud effari, maximè in sacris negotijs, precibus, juramentis, benedictionibus, votis, quibus plurimum majestatis & reverentia conciliat, devotionem excitat, fiduciam corroborat, consolationes obsignat; extra hos casus verè à temeraria ejus mentione abstinendum.

V. De Messia exponi debet & potest vaticinium Esaiæ num cap. 53.

VI. Trinitas satis clarè patet ex Benedictione Aaronis quæ recitatur Num. 6.

VII. Puncta literis sunt coæva.

VIII. Characteres non sunt mutati.

IX. Theologia Vet. & Nov. Testament. eadem est quoad substantiam.

X. Sublata sunt revelationes divina.

XI. Explicatio textus est una, applicatio varia.

XII. Textus authenticus Vet. & Nov. Testamenti non est corruptus.

Ad

AD PRÆSTANTISS.
DN. BAUMANN. RESP. & CONSAL.

Ἡγορεῖται.

DUM Tibi sub prælo non obvia Cabbala fudat,
Sub nostro fervent pectore vota simul:
Ferre queas CHRISTUM non solo nomine, sed re.
Sic Te humeris feret hic jugiter ipse suis!

Balthasar Raith, D.
p. t. R.

Nulla tibi surgat Babylon, id dispice, normam
Dum subit ingenij Cabbala vasta tui.

Christophorus Caldenbach.
p. t. Phil. Fac. Decanus.

Ad Per. Eximium Dn. Respondentem
BAUMANNUM.

TU Cablæ nodos sublimis acinace mentis
Tu dubiosa genl dexteritate secas:
Felices, tali quibus est amor ire tenore,
Hos etenim similis lausque decusque manet.

Scriptit

Johannes Graft, D. P. P.

Sedulius Ebræe Sophia dum dogmata tractas
Abdita, & ingenij das documenta tui;
Applaudit studijs doctis benè turba Sophorum,
Et Tibi tergeminum concinit ipsa Sophos.

Amoris & Benevolentia ergò
apposuit

Joachimus Ericus Turbanus, Hamburg.
S. S. Th. Stud.

Orb

Οτι ὅλη Σπαρὴ, ὅτε ἀμπεπλεγμένα δηλοῖς,
Ἔστι Σέθεν, κ' αὐτῶς ἕσεται ἀθλα ὅλα.

Hoc apponere SMO debuit, voluit
Cunradus Henricus **Hornbergeri**
LL. Cultor.

MAsora & Targum, cum Thalmud, Cabbala Apellæ
Ex quibus insipidè multa probare solet; (est,
Aft quid de Cabalâ, per quam Mysteria quærit,
Rectè censendum sit, μελέτημα probat.

Deneget ergo **TIBI** quisnam nomen Φιλομέσος?
Egregium Specimen, cum probet hocce satis.

Hæcce Φιλίας ἕνεκα αὐτῶν. apposuit

Johannes Scriba, Waldeccus.
Theol. Stud.

Glück zu! die Sach ist nun ganz Löblich angefangen/
Herr Baumann will den Zweck / der Ihm gesteckt / erlangen
Mit rechtem Fug vnd Fleiß / in dem Er sich erweise
Als Eimen / der da schnell zum Zihl mit Schnauben reißt.

*Dises hat Freundwilligst
auffsetzen wollen*

Georg Balthasar Raith.

Quisquis in Hebræis libris versatur, in illum
Judaicæ linguæ commoda quæque cadent;
Atqui **BAUMANNUM** meritò deprædico talem,
Qui sanctis studiis tempora multa terit;
Ergò Prædictus sperabit præmia certa
Venturos fructus non dubitare potest.


Hoc Syllogismo profectus


Domini sui ὁμοίως

l. m. g. prosequitur

Johann-Matthæus Baur.

FINIS.






3.

2.


5.





3.

2.

5.







(I.)
N. 7.
O QUOD
M DECET,

ex
Ebr. 2, 10.

o quod Deum decet, ipsius
justitiæ, sapientiæ, bonitati, æquitati,
que conveniens est attributis, acturi, ave-
νηλα τὰ τῶ Θεῷ κρημαλα, κὶ ἀνεξεχνιάσους τὰς
αὐτῶ πῆ cum Paulo a) mirabimur, non a) Rom. 11.
& profano conatu rimabimur. βλέπομεν 33.
νιγματι, cernimus enim nunc per speculum
tis ἡμῶν εἶσιν ἀρετὴ ἢ γνώσις, ὁ ὀσcura qua. b) 1. Cor. 13.
io, ut Theophylact. c) hæc Apostoli ver- 12.
stin. d) loquitur, humana mentis acies in- c) Com. in
ce figitur, nisi per justitiam fidei vegetetur. f. 277. 1. Cor. 13. 12.
æ parū haud raro felici successu in men- d) t. III.
oliusq; occulta cogitata investigare pot- opp. l. 1. c. 2.
i in abyssum divinæ essentia: ea se imitte-
erarium sit, ea velle percrutari, quæ nos
ius, h. e. dispensationes, non solum cognosci
Chryso. e) ita ut melius de Deo quid e) ad Rom.
dici queat, Patrum etiam doctissimo- l. c.
A rum

4